Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0002-1

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

# EO, QVOD JUSTUM EST CIRCA FISCALEM

MAXIME

IN

PROCESSU INQVISITORIO,

QVAM

DEO PRÆSIDE,

EX PERMISSU

MAGNIFICI JCtorum ORDINIS

IN ILLUSTRI ac PERANTIQVA ELECTORALI HIERANA

Die 19. Decembris, M. DCCI.

IN

AUDITORIO JCtorum MAJORI

Solenni Eruditorum diſquiſitioni

ventilandam ſubmittit

ELIAS CHRISTOPH

Magen / J. U. D.

& Advocatus Arnſtadienſis.

ERFFURTI,

Excudebat JOH. HENR. Groſch / Acad. Typogr.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

48

1701, 5

10

179

P. 122.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0003-7

822

VIRO
*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO*
*atque CONSULTISSIMO*
DOMINO
# BENJAMIN
# Magen/
Practico Famigeratiſſimo,& Curiæ Provincialis,
quæ Lipſiæ floret, PROTONOTARIO
Spectatiſſimo,

*PATRONO & PATRUELI ſuo*
*æternum devenerando*

THESES hasce INAUGURALES
cum voto perpetuæ felicitatis

Dicat, offert, conſecrat

ELIAS CHRISTOPH Magen/
J. U. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0004-2

# Clariſſime ac Politiſſime
# VIR JUVENIS,
# FAUTOR AC AMICE
## COLENDISSIME.

DUm indolem tuam cum præſentis diſputationis tuæ argumento confero, eadem invicem componi poſſe non videntur. Animi enim Tui bonitas deteſtari & amoliri iniquitatis omnis nefanda crimina & à calumniandi ac convitiandi libidine plane abhorrere ſolet. Equidem, ſicut ſocius ex ſocio noſcitur, ita ex diſputantis themate mens ejusdem etiam haud obſcure videtur colligenda. Verum multa ita quidem videntur, ſed non ſunt, ac fallacia ſæpe indicia deprehenduntur, quæ

ab

ab initio probabilia apparent. Dum enim hoc potiſſimum punctum ex vaſtiſſimo Juris volumine diſpexiſti, declarare affectus tui ſenſa voluiſti, quantum averſeris malevolorum improbitates & æqvum putes, ut, qui injuriam intulit, læſo ſatisfaciat, prætereaque criminantibus pœna promerita inferatur. Id, quod morum elegantia & ingenii tui vis inſerviendique omnibus ſtudium oppido monſtrant: de quibus eximiis dotibus ex animo tibi merito gratulor, ſiquidem easdem diſputatione hac publica proprio Marte elaborata, quam in publicum producis, & in cathedra defenſurus es, egregie comprobas. Quare non dubito, fore, ut, curſu ſtudiorum abſoluto, poſſis Rempublicam in partibus ejus tibi credendis gubernare.

Dabam ex meo muſeo. Die III. Menſ. Maj. Anno 1702.

Tuus omni ſtudio

Præses.

Ad

*Nobilisſimum Clarisſimumque*

# DN. AUCTOREM,

Ob

## Eruditam de Injuriis Diſputationem

GRATULATIO

## CHRISTIANI Röhrenſeens/ Phil. Pract. P.P. & Elect. Alumn. Eph.

*QUemadmodum aliis in rebus divinæ ſapientiæ inexhauſta ubertas admirabili jucundaque ludit varietate; ſic in homine cumprimis, creaturarum principe, illud deprehendimus: quem non formæ modo, corporumque disſimili diſtinxit habitu, ſed animum quoque in tam difformes morum ingeniorumque effinxit ſpecies, ut nec peritisſimus pictor plurium colorum pigmentis ſuas variare imagines posſit. Hic enim asſidua difficilique indole præditus nullum prope humanitatis ſenſum admittit: ille miti tractabilique inſtructus ingenio ad omnem humanitatis gratiam eſt compoſitus; ille in converſando reconditos intus ſenſus premit: iſte candido apertoque pectore, qnod ſentit, cum aliis communicat, nullumque ſermoni fucum prætendit. Sunt, qui provido omnia, priusquam agant,*

*metiun-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0007-9

*metiuntur conſilio: nec deſunt, qui impetu magis feruntur præcipitique temeritate ſuis ſe accingunt negotiis. Multi labore rerumque conficiendarum difficultate nullatenus deterrentur: non pauci magnitudine operis ac perplexitate victi deficiunt protenus animumque abjiciunt. Quidam ad ſeria tantum nati factique videntur; quidam jocis delectantur & ſalibus; qui ſi non atro Momi, ſed candido Mercurii ſale fuerint reſperſi, & tum demum adhibentur, cum gravibus ſeriisque rebus ſatisfactum fuerit, laude ſua privandi non ſunt. Neque enim, PLINIO judice, vita humanior ſine ſale poteſt degi, adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. Talis Cæſar fertur, qui ſale & facetiis omnes vicit. Quale Tibi, Nobilisſime GREENI, contigerit ingenium, oſtendit hoc eruditum ſcriptum tuum, declarant mores politi & palam facit grata cum iis, quibus familiariter uteris, converſatio: ſummum ſine dubio laudis meriturum gradum, ſi tam ad conſtantiam efficies firmum, quam ad captum habes acutum. Neque vero de eo dubitare me ſinit & animus Tuus honeſtatis amore inflammatus, & celeberrimi PARENTIS jam inter cœlites verſantis jucunda ſemper recordatio, quem velut nihil ab infucatæ fervore pietatis virtutisque tramite avertere poterat: ſic ejus veſtigiis decore inſiſtes, DEOque uſus propitio, ſimul Tibi & formabis fortunam & firmabis. Quod ut feliciter fiat, voti mei ſumma eſt. B. V.*

# INGRESSUS.

Cum, benevole Lector, de Themate quôdam locô Diſſertationis Inauguralis elaborando diù mecum deliberarem, tandem in mentem venit Advocatus Fisci, ſeu, ut vulgò vocant, Fiscalis in Proceſſu Inquiſitorio adhiberi ſolitus. Quamvis enim de conſvetudine generali & moribus hodiernis Proceſſus Inquiſitorius ſeu Inquiſitio non amplius extraordinarium ſit Judicium ſed magis ordinarium, cùm omninò Reipublicæ interſit, in delicta inquiri, eoq; fine Fiscalem in criminoſos & delinquentes conſtitui, eosdemq; pœnâ promeritâ affici, exinde tamen minimè ſequitur, quòd in omnibus indifferenter delictis & criminibus ſemper Fiscalis conſtitutio ita abſolutæ ſit necesſitatis, ut ſalvo proceſſu omitti nequeat. Quoniam frequentiùs majora & ſcandaloſa delicta, quibus Reipubl. periclitatur tranquillitas, per modum Inquiſitionis tractanda, & in his tantùm Fiscales à Judice con-

822



ſtituendi veniant, nec ulla movet ratio, quin ſententiæ Carpzovij in Prax. Crim. part. 3. qu. 139. num. 45. ſubſcribamus, quòd in Inquiſitionis Proceſſu levatô quaſi velò, absque juris ordine, imò pro lubitu ferè ac arbitrio judex poſſit procedere, cùm tamen cautè & undiquaquè circumſpectè in arduo hoc negotio ipſi ſemper ſit agendum, quod vel ex eo ſolo liquet, quoniam hîc non agitur de glande legenda, non de calce fodienda, non de partibus lucri ex Societatis Contractu debiti, neque de tribus poſthumi Capellis, ſed de famâ ac ſangvine hominis, pretioſiſſimô CHRISTI Redemtoris Sangvine redemti, qui nec ullam pecuniarum æſtimationem recipit, nec ſemel fuſus reſtitutionem à prætore impetrare poteſt. Quæ licet omnia verisſimè ita ſe habeant, neſcio tamen, quæ inſania, imò juris divini & humani nonnullos judicum cœperit oblivio, quod ſæpiùs causâ & crimine non ſatis perſpectô, odiô privatô magis, quàm officij ratione, commodiq; publici amore inducti, ad Inquiſitionis remedium, nullis licèt præcedentibus indiciis legitimis proruant non modò atque prorumpant, verùm inſuper, ſi Proceſſum Inquiſitionis nulliter inſtitutum eſſe, in progreſſu cauſæ perſentiscant, ignominiæ ſibi fore arbitrantur & ægrè ferunt, ſi Inquiſito mediante Defenſionis remedio

*dio ſpes abſolutoriæ ſuperſit, ne ſcilicet videantur fuiſſe nimium præcipites ad incarcerandum & inquirendum. Hinc confeſtim & indiſtinctè in omnibus cauſis Fiſcalem, (cujus cauſa nunquam mala eſt, niſi ſub bono Principe* Plin. in Paneg. Trajan. Cap. 36.) *conſtituunt, qui Fiſcalis dein monita ſua conficit, inquiſiti Defenſionem refellit, contra atteſtata & teſtes Defenſionales excipit, vitam inquiſiti ante actam perſtringit, jura perversè ſæpius allegat & invertit, factum ſiniſtrè proponit, & utplurimùm manibus pedibusquè eò alloborat, ut innocentes opprimat, cauſarumquè Criminalium Judicibus & Scabinis ſæpenumerò glaucoma ob oculos ponat, quo minus reus ſententiam conſequatur abſolutoriam, parùm memores, quòd melius ſit nocentem abſolvere, quàm innocentē condemnare. Quæ res* Fiſ*calium, cùm de perditisſimis ſeculi noſtri moribus ita malè ſe habeat, propoſitū eſt nobis de eo, quod juſtum eſt circa Fiſcalē in Proceſſu Inquiſitorio nonnulla in medium proferre, præſertim cum arduæ hujus materiæ uſus in foro ſit frequentisſimus, & à nemine antehac, quantum meminiſſe licet, quicquam hâc de re ex profeſſo ſit traditum, præter quòd ſuperiori annô VVittebergæ prodierit Diſſertatio, quâ jura Fiſci ab hujus Advocato obſervanda ſunt delinea-*

*ta, quæ tamen à noſtro negotio eſt plane aliena. Sic itaquè Bonô cum DEO*

## CAPUT I.

TH. I.

CUm in Jura Fiſcalis quoad Proceſſum Inquiſitorium paulò penitius inquirere, hâc vice nobis ſit animus, varia ſtatim circa Diſſertationis noſtræ rubricam ſe ſiſtunt vocabula, quorum Originatio veniret inquirenda. Verum quid ſit Ptoceſſus? quid Inquiſitio, ſeu Proceſſus Inquiſitorius? quoniam neminem, qui vel heri, aut nudius tertius ſaltem forum ſalutavit, latet; imò multi prætereà haut absque inſigni & vitæ & famæ, nec non bonorum jacturâ proceſſus hujus experti ſint moleſtias & adhuc experiantur, ſupervacaneum putamus de re, lippis & tonſoribus haut ignotâ multa impræſentiarum adducere, remittentes potius lectorem ad *Benedict. Carpz. Pr. Crim. p. 3. qu. 103. & qu. 107. Brunnem. Proc. Inqviſ. Cap. 1. num. 2. & ſeqq.* qui cum Sexcentis aliis materiam hanc ſatis eruditè ſunt perſecuti.

TH. II.

Hoc tamen ſilentio minimè prætereundum, quòd nonnulli Proceſſus Inquiſitorii originem ex Jure deducant divino, aut ab ipſo DEO in Paradiſo, ubi per omniſcientiam, quæ famæ & Delatoris locô fuiſſe dicitur, accedente fugâ & abſconſione Diffamatorum, ut & delicti notorietate, tanquam indicijs ad inquirendum legitimis, *vid. Brunnem. in dict. Proc. C. 4. num. 4. §. 10. & 27.* delictum transgreſſionis ad ſupremum juſtiſſimi Judicis tribunal deferebatur, quapropter illicò primum noſtrum Parentem ad ſe tanquam in jus vocavit, ob transgreſſionem manda-



822
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0012-6

ti Divini in delinquentes ex officiô quaſi inquiſivit, articulos inquiſitionales formavit, Inquiſitos ad reſponſionem compulit, exceptiones adverſùm allatas audit, & demum juſtà ſententiâ latâ eosdem condemnavit. *Geneſ. 3. Devt. 13. ℣. 12. 13. 14. & Cap. 17. ℣. 4. item Joſ: 7. add. Rosbach. in Proceſſ. Judic. Tit. 1. num. 32. & Dn. Petr. Müller in Diſp. de non Omittend. in Proc. Inquiſ. c. 1. §. 1. 2. & 3.*

TH. III.

Sicuti autem aliàs ad Proceſſum Inquiſitorium non tantùm perſonæ accedunt principales, ut Judex & Inquiſitus; verùm etiam acceſſoriæ, & quidem à parte Judicis Inquirentis, Advocatus Fisci ſeu Fiscalis, à parte verò Inquiſiti, Defenſor, ita & in hoc à DEO T. O. M. formato Proceſſu olim & nunc, intermiſsô nullô unquam temporis momentô, infeſtus iſte generis humani hoſtis, Diabolus, Fiscalis partes contra homines peccatores egregiè ſubit, qui & proinde & quidem optimô jure Germanicè audit der Hölliſche Fiscal. Diaboli enim proprium eſt, adverſari hominibus, unde à Petro appellatur ἀντίδικος, Adverſarius *1. Epiſt. cap. 5. verſ. 9.* quæ vocula reſpondet Hebræo שָׂטָן, Satan, *Jobi* 1. *℣. 6. 7. 8. 9. 12. & Cap. 11 ℣. 1. 2. usquè* 7. ubi utraque vox ſignificat illum qui in Judicio contra aliquem agit, qui litem alicui intendit, & reos damnationis poſtulat *Quenſted. Syſt. Theol. p. 4 fol 310. b.* Dicitur & accuſator noſter, qui accuſat nos ante conſpectum DEI noctesque diesquè, *Apoc. XII. ℣. 10.*

TH. IV.

Quicquid tamen ſit, non eſt, quòd adeò infernalis iſtius Fiscalis, Satanæ, contremiſcamus accuſationes, cùm in cœlis præſtò ſit Defenſor & Advocatus noſter omnium juſtiſſimus, CHRISTUS JESUS, qui uti Defenſor in fo-

rò hoc ſoli innocentiam inquiſiti mediante Defenſionis remedio deducit, ita & Salvator noſter in foro Poli coram DEO, Patre ſuo cœleſti, Advocati munus pro nobis ſtrenuè peragit, Satanam redarguit, ejusqueaccuſationes refutat ac refellit; Ideò introducitur, & jure meritoque noſter audit Advocatus (Fürſprecher) *1. Job. 11. ỷ. 1.* & ab Apoſtolo ita deſcribitur, quod ſedeat ad dextram Patris & interpellet pro nobis, *Rom. 8. ỷ. 34.* ubi interpellare idem eſt ac intercedere, aut amici deſiderium exprimere, vel officium Patris ſui cœleſtis implorare *l. 1. §. 2. ff. de poſtul. l. 5. C. de ingen. man.* vide poſt Sacras paginas eleganter disſerentem *Job. Bapt. Caccialap. Tract. de Advocat. quæſt. 1. Grav. 1. concl. 43. num. 1. conferatur Dn. D. Auguſtus Pfeiffer in Theologia ſuâ Juridica* oder Geiſtlichen Rechts-Handel *pag. 11. ſeqq. item pag. 224.* & paſſim, ubi hæc omnia, quæ circa proceſſum in Paradiſo formatum hactenus de Judice, Inquiſito, Fiſcali & Advocato diximus, theologicè quidem ſatis tamen eruditè expoſuit.

TH. V.

Hinc eò faciliores ad Patrocinandum ſint Advocati, & tàm divitum quàm pauperum cauſas, præprimis Criminales, nullô habitô remunerationis reſpectu, fideliter defendendas ſuſcipiant, nec odium, tanquam fidelis Patrocinij fructum curent, in DEO, illæsâ conſcientiâ, & cauſæ juſtitiâ firmam ponendo fiduciam, & potiùs ſibi glorientur, quòd Salvatoris noſtri imitatores exerceant officium Deo valdè acceptum, adque hominum ſalutem maximè neceſſarium, ut propterea Sacri verbi Concionatoribus ſi non præponendos, tamen æquiparandos imò magis Reipublicæ neceſſarios, quàm milites, ſtatuat *Sebaſt. Gvazzin. in præf. ad defenſ. reorum num. 2. & 4.* per ibidem allegatos

Doctores,

Doctores, & hoc quidem optimâ ratione, expreſsâ in textu elegantiſſimo, ab omnibus Advocatis albô lapillô notando in *l. 14. C. de Advoc. div. jud.* qui dignus eſt, ut hic tranſcribatur: *Quia Advocati dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis & privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, & non minùs provident humano generi, quàm ſi prœliis atq; vulneribus patriam parentesq; ſalvarent: Militant namque cauſarum Patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt.* Huc quoque facit Theodoſij & Valentiniani Novella de Poſtulando, ubi encomia & privilegia his verbis exponuntur: *Digni omnibus honoribus habeantur, qui Advocati eſſe meruerint: quô enim honore impares eſſe credimus eos, qui vitâ & eloquentiâ Reipublicæ & privatorum commodis deſerviunt.* Eapropter flocci facienda ſunt ſcommata, & convitia, quibus honeſtiſſimus Advocatorum Ordo non tantum in ore vulgi ſed pro concione ſæpiùs proſcinditur, occaſione hujus vulgati: Juriſten/böſe Chriſten/ quaſi vero ſtatus Eccleſiaſticus & Oeconomicus nullâ unquam maculâ fuiſſet aſperſus? Cum tamen *Iliacos intra muros peccetur & extra*; Es gibt ja in allen Küchen zerbrochne Töpffe. juxta illud Ovveni:

*Ægrotant Medici, fraudantur Jure periti,*
*Deſcendunt multi in tartara Theologi.*

Interim ex hactenus dictis, ut & *tot. tit. C. de Advoc. div. jud. cum ſeqq. & Ant. Perez in Comment. ad eosdem*, de dignitate & privilegijs Advocatorum ſatis conſtet, ita ut à particulari ab hoc illove individuo ad univerſum Advocatorū ordinem non benè concludere liceat, ſed contrarium potiùs: Juriſten/ gute Chriſten/ magis veritate niti; quod & defendit

antea

antea laudatus magni nominis Theologus in Theologia Juridica *pag. 208.* Hanc immeritò igitur JCti in generali complexu Sacerdotes & Antiſtites Juſtitiæ in *L. 1. §. 1. ff. de Juſtit. & Jur.* Amici ac Patres Principis. *L. 17. ff. de Jur. Patronat. §. 4. Inſtit. quib. mod. patr. poteſt. ſolv.* imò Dij prædicantur. *Exod. 21. verſ. 6 & Cap. 22. verſ. 8. & ſeqq. Pſal. 82. verſ. 6. vid. Dn. Petr. Müller. in Juriſpr. element. ad Diſp. 2. Coroll. 7.* Propterea quoque multa in Jure Advocatis conceſſa ſunt beneficia & immunitates, quas heic ſpeciatim recitare propoſiti noſtri non eſt, ſufficiat obiter pauca attingere: conceſſum namque ipſis eſt ultra ſalarium judicialiter ſtatutum à Clientibus pro modo facultatum & ſi cauſa ſit ardua, nec non juxta loci conſvetudinem majorem ſummam exigere *l. 1. §. 12. ff. de var. & extr. cogn.* quæ ſalaria adeo privilegiata ſunt, ut in foro Saxon. ad primam Creditorum Claſſem ponantur *Ord. Proceſſ. tit. 42. §.* nach dieſem ꝛc. & ipſis debeantur, etiamſi cauſam dubiam absque tamen culpâ ſuâ amiſerint: nam ſicuti Medico eventus mortalitatis imputari non debet, *l. 6. §. 7. ff. de offic. præſ.* ita nec Advocato dubius litis eventus. Quod optimè noverat Advocatus quidam, qui cum Sexti cauſam egiſſet, eamque perdidiſſet, ob id ultra ſalarium promiſſum adhuc ampliùs quid diſcretionis locò ſibi deberi putabat, quem *Martialis Lib. IIX. Epigr.* ita introducit:

Egi, Sexte, tuam, pactus duo millia, cauſam
Miſiſti nummos quot mihi? mille, quid eſt?
Narrâſti nihil, inquis, & â te perdita cauſa eſt.
Tanto plus debes, Sexte, quòd erubui.

Quin & ab omnibus oneribus Advocatos vult immunes *l. 3. l. 5. ult. C. de advoc. 2. l. 3. l. 6. l. 13. de advoc. 1.* ſed hæc immunitas multis in locis, ab uſu receſſit. In cauſis propriis non ſolvunt ſportulas *l. 7. §. f. C. de advoc. d. J. 2.* Retinent

acta

acta privata usque ad exſolutionem expenſarum extrajudicialium der Advocaten Gebühren und ufgewandten Uncoſten / *l.12. ff. de vi & vi arm. Coler. de Proc. Exec. p.1. C.* 2. ut taceam alia commoda, quæ ob peculium quaſi Caſtrenſe *ex l.4. & 8. C. de Adv. i. d. J. 1. & l. ult. C. de inoff. teſt. it. ex l. fin. C. de poſtul. & l. 47. ff. C. 62. de R. J. in Vito* ad ipſos reſultant. Sed quæ jam diximus id de veris honeſtis & conſcientioſis Advocatis, non autem de rabulis ignaris, qui malitioſis interpretationibus (durch ſo genandte Juriſten Griffe) jura ſubvertunt, veritatem ſupprimunt, & lites magis impediunt, quam expediunt (die das Recht krumb / und die Sachen verwirter machen / und auf die lange Banck ſchieben) exaudienda ſunt, cùm hi potiùs à limine judicij repellendi, & ad extremos Garamantes usque relegandi ſint.

## TH. VI.

Sed hæc, occaſione Proceſſus Inquiſitorij, obiter, cum inſtituti noſtri ratio non permittat, circa materiam Inquiſitionis ejusque Proceſſum, qui propriè hujus loci non eſt, plus juſtò eſſe prolixiores, potiùs rectà nunc progredimur vià ad Fiſcalem, conſideraturi eundem vel quoad Nomen, vel quoad Rem; quoad nomen conſtituendum, per Etymologiam, & conſtitutũ, per Homonymiam & Synonimiam. Ut enim plenior Fiſcalis haberi poſſit notitia, placet antequam ad rei conſiderationem accedamus, cum *JCto Paulo l. 2. §. 2. ff. ſi cert. pet. & Ulpiano l. 1. §. 1. de pact* Nominis Etymologiam præmittere.

## *CAPUT II.*
## DE
## DEFINITIONE NOMINALI.

### TH. I.

FIſcalis natales ſuos debet Fiſco. Fiſcus autem dicitur non à fixo ſeu firmo, ut putat Gloſſa *in rubr. Cod. de jure Fiſci*, *quam ſequitur Azo in Summ. Jur. Civ. eod. tit. num. 1.* eò quod ſemper duret. *Cardin. Tuſch. pract. concl. 318. lit. F.* & ſemper ſit ſolvendo & idoneus, *l. 2. § 1. ff. de fund. dot.* quæ alluſio an Seculi noſtri moribus ſemper & ubique reſpondeat, id Fiſci adminiſtratoribus dijudicandum relinquitur; ſed à fiſcis, fiſcellis ſeu ſportulis vimineis, quæ ex junco vel ſalictis aut hibiſco texebantur, quibus pecunia Fiſci recondebatur. *Mynſing. ad §. 4. J. de Uſuc. Cujac. ad rubr. Cod. d. t. Petr. Greg. Tholoſ. in Synt. J. U. Lib. 31. C. 31. num. 1.* quorſum & illud Virgilii *Ecl. X. verſ. 71.*

-- -- Gracili fiſcellam texit hibiſco.

aut ſi mavis, uti Coloni ad premendam oleam fiſcis utuntur, *Ulp. in l. 19. §. 2. ff. Loc. & l. 17. ff. de Act. emt.* Ita Princeps fiſcali ſuô jure, fiſcis non abſimili, purgat, emendat & in ordinem redigit ſceleratos. *Speidel. in Spec. Juridic. ſub voce Fiſcus.*

### TH. II.

Homonymiam vocis hujus, non eſt neceſſe, ut curioſiùs inquiramus, cum eundem ferè ſemper in jure retineat ſignificatum ſaltem, quod interdum ADJECTIVE capiatur, pro rebus ad Fiſcum pertinentibus (was zum Fiſco, oder der Rent-Cammer gehöret) ita dicuntur res fiſcales, fiſci patrimoniô quaſi propriæ, & privatæ principis

*l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ.* Sic prohibentur Jura fiſcalia privatorum pactis convelli *l. 42. ff. de Pact. & l. 3. C. de Advoc. Fiſci.* & interdicitur hujus Advocato, COMMODA FISCALIA ocultare: Interdum FISCALIA abſolutè poſita denotant tributa, Schätzung / Steur / Schoß / Zoll / Contribution *l. 3. C. de Epiſc. & Cleric.*

TH. III.

Qvod Synonymiam Fiſcalis attinet, varias in jure invenire licet appellationes, quibus ille indigitatur, hinc modò audit Advocatus Fiſci, *t. t. C. de Advoc. Fiſc. l. 5. C. de Delat.* modò Patronus Fiſci. *l. 13. 15. & 16. C. de Advoc. div. jud. l. 4. §. 6. l. 6. pr. l. pr. C. de Adv. div. judicum.* item Vir Clariſſimus *l. 4. & 6. C. d. tit. Peregr. de Jure Fiſc. lib. 7. tit. 2. n. 15.* & Clariſſimum Eloquentiæ lumen *l. 6. pr. de Advoc. div. judicior.* Patronus ærarii *l. 8. C. d. t.* Defenſor Fiſci *l. 4. C. de Delat.* & Officium illius Patronatus Fiſci *l. 17. pr. C. de Advoc. div. jud. & l. 3. §. fin. C. de Advoc. 2.* Advocatio Fiſci *l. 41. C. de appellat.* item patrocinium rerum Fiſcalium *l. 7. §. 4. in fine C. de Ad. &c.*

TH. IV.

Ex quibus facilè patet, quanta olim Fiſcalium fuerit dignitas, & quòd adhuc hodiè eorum officium Reipublicæ ſit utile & certo reſpectu maximopere neceſſarium, atque in & per ſe laudabile & honeſtum *l. laudabile 4. C. de Advoc. div. jund.* cum Dignitatem habeat Fiſcalis ſeu Advocatus Fiſci, & ſpecialia mereatur privilegia *l. binos 10. C. d. t.* liberetur à Curiali vel altera viliori conditione *l. Advocatus 2. & ſeqq. C. d. t.* Verùm cum Fiſcales hodiè plerumquè ſoleant odiô vel privatis affectibus indulgere & ſitientes meram pœnam excandeſcere, ſi videant,

reos operâ Defenſorum ſuorum pænas evadere, qui Fiſcales plerumque furiis propriæ conſcientiæ agitati, dum innocentes opprimere geſtiunt, vitam miserè finiunt, *Gillhaus. in arb. Jud. Crim. p. 2. C. 3. n. 10. vers. hæc autem:* & nonnunquam vel ex odio, vel ex affectata ſeveritate, vel aucupio lucri, vel ſpe vanæ gloriæ & gratiæ Principium in carceribus miſerè detentos, ſæpè quoque innocentes excoriare, & ſumtibus indebitè vexare ſtudent, imò magis marſupia Inquiſitorum, quàm delicta inquirunt, modò iniquum ſaltem exinde capiant lucellum, & panem habeant in deſerto, atque ſub ſpecie recti, nec non publicæ utilitatis prætextu, ne ſcil. delicta maneant impunita, maximâ licet cum oppreſſorum jacturâ pecunias corradere & Inquiſitorum patrimonium abſorbere queant; Hinc fieri non poteſt, quin ſe, ſuumque officium hoc ipſo contaminent, & omnibus honeſtis ac prudentioribus reddant exoſum; quando igitur conſtat, per calumniam ejusmodi Fiſcales, munera, vel pecuniam recipiendo indebitè, pauperes innocentes vexaſſe, non tantùm de damnis & expenſis refundendis & injuriarum actione tenentur, ſed & ex Conſtitutione Imperatoris in *l. 9. C. ubi cauſ. Fiſc.* vivi concremandi ſunt; quæ licet pœna ignis de facto in foro fori non obſervetur, in altero tamen ſeculo & foro conſcientiæ ab ea minimè excuſabuntur. *vid. Sebaſt. Gvazz. de Confiſc. bon. cond. 16. n. 35. Farin. Cr. Lib. 1. qv. 16. n. 21.*

## CAPUT III.
## DE
## FISCALIS DEFINITIONE REALI
### TH. I.

QVoad rem Fiſcalis nunc venit conſiderandus, & quidem vel generaliter per Definitionem & divi-

viſionem, vel ſpecialiter, quoad cauſas & effectus. Deſcribunt autem nonnulli Fiscalem, quòd ſit vir parùm placidus, omnibus inviſus, parum aut nihil æquitatis habens, (& ſi quid addere fas ſit) reorum ſangvine rubens, prout ex *Arismin. Tepat. Decis. de Jure Fiſci Tit. 51. cap. 1.* deſcriptionem hanc allegat *Conrad. Harz. in Tract. Crim. Concl. 4. n. 20.* quam tamen minimè approbat Crus. *de indic. delict. Part. 4. cap. 11. n. 54.* cujus ſententiæ & nos ſubſcribimus, non enim ab exceſſu & abuſu, ſed à potiori officii adminiſtratione fieri debet denominatio *l. 10. ff. de ſtat. hom.* Præprimis cum officium Fiſcalium, ut ſupra *cap. 2. th. 4.* oſtenſum, in & per ſe maximè ſit laudabile, & ad iſtud non niſi ſpectatæ fidei & de moribus probè perſpecti ſint admittendi, ut infrà patebit; proinde, cùm hæc non ſit vera Definitio, ſed infamis potiùs ac injurius in Fiſcales ſarcasmus, liceat ſequentem apponere, quòd Fiscalis ſit perſona publicâ authoritate in Proceſſu Inquiſititionis ad id conſtituta, ut Fisci jura obſervet, Inquiſiti reſponſionem ad articulos probè attendat, circumſtantias facti accuratè examinet, Judici momenta cauſæ ſpecificè exponat, atque de his omnibus Monita contra Inquiſiti Defenſionem breviter & nervosè conficiat, & hoc unicè agat, ut delicta debitò modò inquirantur, & ſontes pœnâ promeritâ afficiantur.

TH. II.

Ex his facilè patet, quales & quomodo comparati eſſe debeant Fiscales, ſeu Advocati Fiſci: Dicitur enim in definitione, quòd expreſſè ad id conſtituantur, ut Fiſci jura obſervent. Hinc requiritur in Fiſcali eruditio & juris ſcientia, *l. 3. §. 4. ff. de advoc. div. jud.* ne per imperitiam jura Fisci negligat, aut per calumniam privatis da-

mnum inferat, cùm & aliàs turpe ſit cauſas oranti, jus, in quô verſatur, ignorare, *l. 2. §. 43. ff. de Orig. jur.* quod & clarè ſancitum legimus *in Ord. Cam. de Anno* 1613. *part.* I. *tit. 27.* his verbis: Wollen wir als Römiſcher Käyſer/daſſelbig iederzeit mit einer redlichen/Gelehrten/ Verſtändigen/ und der Rechte gewürdigten Perſon / die da wiſſe und verſtehe/ was Fiscaliſche Sachen ſeyn/ beſetzen und beſtellen/ ubi licet dict. Ord. Cam. in Fiscali præter eruditionem etiam requirat, ut ſit Graduatus & legitimè Promotus, hoc tamen de generali Imperii Fiscali; qui hujus loci non eſt, non autem de noſtrô intellexiſſe volumus.

TH. III.

Porrò ad qualitates Fiſcalis ſeu fisci advocatorum etiam ſpectat *morum integritas*, ne vitia, quæ in aliis taxant, in ipſis deprehendantur; item *Facundia*, ſæpius enim hoc decorantur encomio rerum fiscalium Patroni, ut dicantur diſertiſſimi & facundiſſimi viri; facundiâ item conſpicui, & clariſſima eloquentiæ lumina *l.* 13. C. *de advoc.* & *l. 5. 6. 7. & ult.* C. *de Advoc. 2. vid. Cap. 2. th. 3.* quoniam in genere quoque ab advocandi munere arceantur infames *l.*1.§.*8.&* 10 *ff. de poſt.* ſpontè ſequitur, quòd & Fiſcales debeant natales habere integros & honeſtos *l.ult.* C. *de poſt. l.* 1. *ff. eod.* cum juxta regulas Logicorum Prædicatum generis ſit quoque prædicatum ſpeciei.

TH. IV.

Prætereà ad munera fiscalia rectè obeunda ineſſe quoque debet Fisci Patrono *juſtitiæ præſumtio, judicium, uſus & experientia*, quô ſciat jura ad facta ſingularia convenienter applicare, cùm minima in negotio circumſtantia totum ſæpè variet jus. Latiùs aliquantò & admodum egregiè requiſita hæc pertractat, & Advocatum Fiſci

ſci inſtruit Theodoricus, Gothorum in Italia Rex, in Epiſt. quadam apud Caſſiod. *Lib. 1. variar. Epiſt. 22.* inter alia ita ſcribens: ſume igitur Fisci noſtri tuenda negotia; ita per medium juſtitiæ tramitem moderatus incede, ut nec calumniâ innocentes graves, nec juſtis petitionibus recentatores exoneres; illa enim vera lucra judicamus, quæ integritate ſuffragante percipimus. Non ergo quoties ſuperes, ſed quemadmodùm vincas, inquiramus. Æquitatem, nobis placiturus, intende: non quæras de poteſtate noſtra, ſed de jure victorias; quantô laudabilius à parte fisci perditur, cum juſtitia non habetur; nam ſi Dominus vincit, oppreſſionis invidia eſt: æquitas vero creditur, ſi ſupplicem ſuperare contingat. Non ergo parvô periculô cauſas dicimus, quando tunc famæ noſtræ proficit, cum ſe commoditas injuſta ſubducit. Et hinc non minus ſcitè quam verè Auſonius in Parental: Latinum Euronium, Advocatum quondam Fisci, congruô ſatis colore depinxit, dum ita cecinit:

Ore decens, bonus ingenio, facundus & omni
  Dexteritate vigens, præcipuusque fide:
Hoc Præfaturæ ſedes, hoc illyris ora
  Præſide Te experta eſt, fiscus & ipſe Cliens.

TH. V.

Hinc facilè reſponderi poteſt ad quæſtionem, quisnam ad officium Fiſcalis ſit admittendus? Nimirum ille, cui omnia boni Advocati requiſita κτ' ἐξωχὴν inſunt, addatur *Cruſius de Indic. Del. p. 4. cap. 12. n. 52.* ubi ad munera fiscalia non niſi probatæ fidei, & de moribus antè probè perſpectos viros adhibendos eſſe docet, ſimulque dicit, quod multi nobiliores & JCti eximii Advocatorum fisci functi fuerint officiô: nec non ad ea, quæ in

contrarium profert Ariſm. Tepat. *de jure Fiſc. cap.* 1. *in Dec. tit.* 51. reſpondet, diſtingvendo inter relatorem & delatorem Criminum, ſeu Procuratorem cauſarum criminalium, quos vulgò Fiscalem vocant, & ipſum Fiſci Patronum & Advocatum; quale munus apud Hollandiæ Status Vir Nobiliſſimus Hugo Grotius ſuſtinuit: ita ut ad munus quidem iſtud homines quivis, qui cùm antiquitùs ex denunciatione maleficiorum participarent, quadruplatores inde nuncupati, admitterentur; ad hoc verò vocati & conducti ſint viri ut maximè eminentiores *l.* 1. *&* 2. *ubi Dd.* C. *de Advoc. fiſc.* Sed hodiè in regnis & Ducatibus amplioribus officium hoc advocationis fisci Nobile eſt, præprimis in Camera de quo mox plura. Tale officium in Pomerania ſuſtinuit Marcus Craſſus, JCtus eximius, qui ſolennem illum Communium Opinionum couſcripſit tractatum, hic cum, teſte *Cruſio cit. l.* jampridem ad hoc munus conſtitutus, obviam venit Nobili cuidam Pomerano juxta aquam profluentem, quid audio, inquit ſcurra nobilis, qui ante hac ſimultates habuerat cum viro illo egregio, vel quia faſtidio illi fuit officium illud, quo contumaces & refractarii ſæpe numerò coercentur, tunè es Fiscalis? reſpondente illô, quod ſic; Ergo inquit nobilis, vade in undam, & piſcare angvillas: quo dicto de ponte præcipitem dedit hominem in aquam non ſine vitæ periculo. At nequam iſtum 4000. propterea mulctatum eſſe, teſtis eſt, *Eberhard. à Weihe in Diſc. famil.* quem citat *Cruſ. alleg. loc.*

TH. VI.

De Quadruplatoribus, quorum in præcedenti mentionem fecimus, quosque aliàs idiomate vernaculô Delatores, Curioſos ſtationarios, vel renarchas, (Rüger/ Rüge-

Mei-

Meiſter) nominare ſolent, tenendum, iſtos quoque interdum dici Fiscales, de quibus lege ſis *Arumin. Tepat. cit. loc.* Sed in ſenſu ab Advocato ſeu Patrono noſtro Fisci, quem nos impræſentiarum per Fiscalem intelligimus, longè alieno, id quod ex ſequentibus patebit.

TH. VII.

Erant enim ejusmodi delatoribus prœmia certa conſtituta, quorum dulcedine ad accuſandum pellicebantur, ita ut partem de tunica, ſeu de bonis denunciatorum, utplurimûm quartam, à qua quadruplatores dicti, lucrarentur *add. Gothofr. ad l. 8. ff. de accuſ. & ad l. 2. ff. d. jure fisc.*

TH. VIII.

Hinc itaque, licet, horum officium primis temporibus non adeò fuerit illaudabile nec exoſum, cum publicâ aurhoritate deferebatur & in ſalutem tenderet Reipublicæ, ne ſcil. delicta remanerent impunita *Mev. p. 1. Dec. 41. Carpz. Defin. Forens. p. 4. Conſt. 45. def. 9.* attamen cùm haud rarò officio ſuo & conceſsâ ſibi poteſtate abuterentur iſti qnadruplatores, & ex nullâ ſæpè honeſta cauſa, ſed lucri cupiditate ob leve vel confictum crimen irâ vel odiô, vel pretiò proborum hominum mores, vitam & patrimonium in diſcrimen abducerent & ad deferendum proſilirent, ſub optimis Principibus ſublati, ab aliis deinde iterum admiſſi quidem delatores, ſed ſucceſſu temporis adeò vileſcere cœpit eorum authoritas, ut non tantùm quæſtus ex bonis denunciatis ab ipſis LL. turpis conſveverit nominari *d. l. 8. ff. de accus.* ſed & delatores ipſos omni odiô ac ſuppliciô dignos judicârit Cap. accuſ. *8. X. C. accuſ add: Perez ad C. de delict. n. 3. & Cujac. ad l. unic. C. de Frenarch.* ex quo factum quòd horum officium & tunc

erat deformis miniſterii & ad officiorum fecem pertinebat, nec aliquâ dignitate frui pertentare poterant, ſed repulſos propriis reddi conſortiis oportebat, omni dignitatis portâ penitùs præclusâ *l. 2. & 6. C. de Dignit.*

TH. IX.

Imò ſi præſentis ſeculi mores recte reſpicias, utique non negandum, tales Curioſos, ſeu delatores ab omni honeſto honeſtorum hominum cœtu & conſortio jam dudum fuiſſe excluſos ac pro infamibus ferè reputari, ſimulque in ore vulgi non aliter quàm Verräther/Blauſtrümpffe/ Leiſegänger appellitari, de quo an jure fiat legi meretur Diſſertatio *de Delatoribus Jenæ Anno 1690.* habita *Cap. IV. thes. 4.* Et hujus contemtus non minimam cauſam præbuit, quod hodiè lictores, apparitores, die Häſcher/Stadt-Land-und Stecken-Knechte/ & alii ſordidum vitæ & viliſſimum officii genus exercentes & levi notâ maculati officio huic applicantur, ut omnia, quæ contra leges & quietem publicam committuntur, curioſè perveſtigent, & vi obligationis Magiſtratui intiment; quod & clarè innuit *Author Prax. Crim. Cap. 3. §. 6. his verbis:* Nicht weniger werden auch die Stadt und Land-Knechte und dergleichen Perſonen dazu vereydet. add. Fürſtl. Sächſ. Goth. Lands-Ordn. p. 3. l. 7. p. 258. ib. ſollen alle und iede der Aemter Gerichte/Städte/Flecken und Dorffs-Bediente als Land und Stadt-Knechte/Wächter/Dorff und Fluhr-Schützen/ Thorwächter und dergleichen andere Perſonen/ſo den Gerichten zur hand gehen/ daſſelbe zuthun ſchuldig ſeyn/ und bey ihrer Annehmung darauf vereydet werden.

TH. X.

Ad Exemplum Delatorum Romanorum etiam hodienum Advocatis Fiſci ſeu Fiſcalibus, ut tantò alacriores

ſint in munere ſubeundo, certam certis in locis multarum, præmii locô, videmus decerni partem. Ita olim etiam in Camera Imperiali Executoriales decernebantur, pro dimidia parte Fisco, & pro altera dimidia Victori ſolvendâ. Horum Executorialium locô moderno tempore vigore *R. J. de anno 1684.* §. damit auch 159. ſententiæ definitivæ anecti ſolet: mit dem Anhang/ wo Er ſolchem nicht nachkommen wird daß er ietzt alsdann; und dann als ietzt in die Straff zehen Marck Lötigen Goldes/ halb dem Käyſerl. Fiſco, und zum andern halben Theil dem Kläger/unnachläßig zu zahlen erkläret werde. In Neo Marchia idem mos obtinet, ubi ultra ſalarium Fiſcales ſexta gaudent mulctarum parte.

TH. XI.

Prædicta tamen conſvetudo Ddribus modernis usque quaq; non probatur inter quos legi meretur *Juſtus Oldekop*, qui *obſerv. Crim. III. tit. 1. n. 6.* hoc addit monitum, ne ſcil. præfectis aut Fiſcalibus, ſivè Fiſci Procuratoribus aliqua pars deferatur pœnarum pecuniariarum, ſed certum detur ſalarium, quô pacto ipſis deerit occaſio, quemvis Inquiſitioni vel accuſationi temerè reddere obnoxium. Cujus ſententiæ & nos ſubſcribimus, cum & olim Juſtiniani tempore ex publico, quam diu officium gererent Fiscales, ſtipendiorum nomine accipiebant ſexaginta auri libras. *l. 6. de advoc. Fisc.* ſeu ſexcentos aureos *l. 7. §. 4. eod.* qui hodie efficiunt mille ducentos *Perez ad Cod. h. t.*

TH. XII.

Idem ſervatur in aula Cæſarea & Camera Imperiali ut & Electoratu Brandenburgico, aliisque exteris regionibus & Provinciis bene conſtitutis, ubi certa ſalaria Fiſci Advocatis reperiuntur aſſignata, ita ut nec multæ partem

capiant, quod innuit *Ord. Cam. p. 1. tit 59. & R. J. de Aô. 1654.* §. dieweil auch 5. ubi Fiſcalis Imperij ſalarii locò mille annuatim accipit Imperiales, item *Rec. Provinc. de Aô. 1653.* §. *27. ib.* die Fiſcales ſo ihre fixa ſalaria haben/ müſſen von den Mulctis nicht participiren / ſondern ſich mit ihrer Beſoldung / ſo in ihrer Beſtallung enthalten / und ſonſten mit ihren accidentibus genügen laſſen. Hinc in Batavia vocantur Penſionarii, quod penſionem i. e. Salarium & ſtipendium è publico percipiant, *teſte Chriſtin. Vol. 2. Deciſ. 99.*

## CAPUT IV.
## DE FISCALIS DIVISIONE.
### TH. I.

PErſpectis iis, quæ faciebant ad Definitionem, nunc & nonnihil de diviſione addendum: Pro ratione autem Fiſci & cauſarum circa quas Fiſcalis officium ſe exerit, eſt vel GENERALIS, qui generali Imperatoris & Imperii Fiſco patrocinium præſtat, quorum duo ſunt in Imperio Romano, unus *Viennæ*, alter *Wezlariæ*, habetque uterque eandem poteſtatem in Fiſcalibus experiundi, ita ut ambo Fiſcales Generales appellentur Käyſerl. Fiſcal *Ord. Cam. p. 2. tit. 20.* Cammer-Procurator, General Fiſcal, it. Käyſerl. Cammer-Procurator, General Fiſcal it. unſer und des H. R. Reichs Fiſcal *O. C. p. 1. tit. 60. & 61.* ubi & formula juramenti des Fiſcals Eyd und des Fiſcals Advocaten Eyd habetur, *add. R. J. de Aô. 1654.* §. und nachdem mahlen 6. hâc tamen ſervata differentiâ, quod *Viennenſis* ab Imperatore, *Wezlarienſis* verò ab Imperii ſtatibus ſalaria accipiant, & ille in cauſis apud aulam

Cæſaream, hic vero ratione factorum, ſuper quibus in Camera Proceſſus impetrati ſunt, agere ſoleat. *Gvilielm. Roding. in Pand. Cam. Lib. 1. tit. 8.*] vel PARTICULARIS, qui aut Fisco alicujus ſtatuum Imperii patrocinatur, & ſanô ſenſu ſub voce Generalis Fiſalis quoque venire poſſit & ſoleat, ſed ab Imperatoris & Imperii Fiſcali Generali longè alienus, aut in hoc vel illo judicio & ſpeciatim in Proceſſu Inquiſitorio, ad monita Fiſci contra Inquiſiti Defenſionem conficienda conſtituitur, & hic maximè hujus eſt loci.

TH. II.

Hic porro diſpeſcitur, vel in Civilem, vel in Criminalem: Civilem vocant, cui cauſæ fiſci Civiles, vel ex jure in re, vel ex jure ad rem, obligatione ſcilicet ex Contractu Vero, vel Quaſi; Delicto itidem Vero, vel Quaſi ortæ concreditæ ſunt, quique imploratione ſuâ id petit, quod fiſci nomine abeſt. Non autem abſque ratione inter cauſas Civiles poſuimus iſtas, quæ ex delictis [ubi ſcil. nulla ſangvinis pœna venit metuenda] deſcendunt. Nobis n. hic ſermo eſt de *F*oro Saxonico, ubi nulla cauſa reputatur Criminalis, niſi quæ tendit ad pœnam corporis afflictivam, ſeu ultimum ſupplicium; hinc ſi *F*iſcalis ad pœnam agat pecuniariam ſeu multam *F*iſco applicandam, eo ipſo perſequitur cauſam Civilem, diciturq; in Curiis Provincialibus, Ober-Hoff-Gerichts- *F*iſcal; in judiciis verò inferioribus: Cammer-Advocat, Cammer-Procurator, Cammer-*F*iſcal, & ſi adhibetur in Proceſſu Inquiſitorio, ſimpliciter Fiſcal, ſi vero agit cauſam feudalem, der Lehns-Fiſcal.

TH III.

Criminalis è contrâ eſt, qui pro modo admiſſi vel ad fuſtigationis, aut aliam corporis afflictivam, imò capitis,

ſeu mortis pœnam infligendam procedit, & in Inquiſitorio, de quo nobis ſermo eſt, Proceſſu negotium faceſſit.

TH. IV.

Hic interdum quoque verſatur circa cauſas Fiſci Militaris, & ideò dicitur Militaris, de quo conſuli poteſt Königl. Maj. in Schweden Ober-Gerichts-Ordn. *Tit.* 2. *art.* 12. & 13. Königl. Majeſt. in Dennemarck Kriegs-Gerichts-*Inſtruction* Cap. *VI. art.* 35. & 42. *add.* Röm. Käyſerl. Maj. und des Heil. Röm. Reichs-Reuter Beſtallung *Tit.* wie das Reuter-Recht ſoll gehalten werden §. 12. ubi munus iſtud fiſcale incumbit dem Profoß/ & ſi cauſa eſt ardua, noch über diß ſeinen Lieutenant, verba hanc in rem ita ſe habent: Item in Peinl. Sachen und die das Kriegs-Regiment betreffen/ ſoll der Profoß/ und da die Sachen ſonſt wichtig / auf des Feldmarſchalls Guthachten etwa auch neben ihm ſein Lieutenant vertreten.

TH. V.

Moribus denique noſtris haud rarò Judex ad Proceſſum Banni devenire ſolet, ſi nimirùm Inquiſitus eſt abſens & fugitivus, hinc ex officio Fiſcalem conſtituere debet, einen Peinlichen Anwald/ oder Fiſcal, qui vices accuſatoris ſuſtinet & juxta formam & normam ferè Proceſſus Ordinarii adverſus reum fugitivum agit, de quo, quomodo conſtituendus & quid ei expediendum ſit, tractat *Author* der Anweiſung zum *Inquiſition* und Achts-*Proceß* *Cap.* 2. *p. m.* 317. & *ſeqq. Carpz. Pr. Crim. p.* 3. *quæſt.* 140. & *Proc. Civ. tit.* 1. *art.* 4. *n.* 20. Goth. G. *u. P. O. p.* 3. *C.* 10. §. 12.

TH. VI.

Notandum, quod in terris Saxonicis & ditionibus noſtris Schvvarzburgicis Fiſcalis officium non ſit firmum

ac ſtabile, nec concatenatum, ſed ambulatorium ita, ut quoties cauſa expoſcit, Advocati Ordinarii alternatim hoc ſuſcipere ſoleant, Goth. Lands Ordn. *p. 3. n. 6. p. 241. ibi:* und wollen wir / ſoviel die Sachen / ſo in unſern Aemtern vorkommen / betrifft / es dahin richten / daß dazu unſere Hoff-Advocaten ſucceſſivè gebraucht werden ſollen / ita tamen, ut ſemper Judici aut ſuperiori integrum maneat, etiam extra ordinem hunc vel illum eligere, qui melior, imò cauſâ potior, literis pollentior reliquis, examinatâ fide eſſe noſcitur, & eidem defenſacula Fisci concredere, quod clarè innuit *Imp. Conſtant. in l. 2. C. Theodos. de Advoc. Fisc. lib. X. tit. 15.*

TH. VII.

Et quoniam hoc paſſu Fiſcales Salaria certa non accipiunt, nec iidem juramento ſunt vinculati & adſtricti, hinc ipſis ratione præmii pro labore debiti adeò hæret aqua, ut nonnunquam, prout ſupra Cap. 2. thes. 4. monuimus, vel odiô vel lucri causâ, aut ſpe vanæ gloriæ & gratiæ principis, fronte ſat gravi & triſti ſuperciliò incedere, & ultra modum Inquiſitos vexare, atque ita, ſi inquiſitio per ſententiam corruat, ſaltem in expenſas eosdem condemnari ac ſub hoc prætextu ſimul ſalarium ſuum ab ipſis iniquè extorquere & faciant & ſoleant, parùm facientes, ſivè ſit raptum, ſivè captum, quod tamen boni principes minimè ferant, ſed potiùs officio huic Fiscali viros de animi integritate & probitate collaudatos juxta ac peritos præficiant non modò, verùm etiam Inquiſito, cujus, partes quoad defenſionem omninò ſunt favorabilioresd quam accuſatoris Fiscalis *l. 125. ff. de R. J.* quamque judex ex officio procurare tenetur *l. 19 ff de pœn.* ita co nſulant neceſſe eſt, ut ſub æquè docto Advocato vel doctioris mu-

ni-

nimine iſte defendatur *l. 7. C. de poſtul. Juſt. Oldek Tit. 1. Obs. Crim. 12. n. 2.*

TH. VIII.

Non ineptè hic ventilanda venit quæſtio, an Ordinarium vel Inquiſitorium ſit Judicium, ſi Fiſcalis vel Procurator fisci accuſatoris partes ſuſtineat? Quo caſu ordinariô modô procedi ſtatuunt ex rationibus non contemnendis. Differt enim proceſſus Accuſatorius, qui & ordinarius eſt ab Inquiſitorio quoad formam & qualitatem Proceſſus. In illo enim omnia illa fermè ſervantur quæ in ordinario Civili obtinent, ſc. Libelli oblatio, ſatisdatio, Gvarandæ præſtatio, litis Conteſtatio, exceptionum dilatoriarum & peremtoriarum oppoſitio, Probatio, Reprobatio, Sententia: In Inquiſitorio verò Judex procedit ſummariter, & absque ſolenni figura judicii in veritatem inquirit delicti, ſervatis tamen proceſſus hujus Subſtantialibus, qualia ſunt Citatio, reſponſio ad articulos, defenſio &c. *vid. Werner Theodor. Martin, Prof. quond. Witteb. Jurisp. Crim. Diſſ. X. 7. Cap. 2. n. 5 p. 459.*

TH. IV.

Hanc præcedentem quæſtionem excipit alia, an Fiſcalis & Advocatus Fiſci differant? Et reſpondemus quod ſic de Jure Camerali *Conſt. Imp. p. 1. C. 15.* Von Annehmung des Käyſerl. Fiſcals und deſſen Advocaten / videatur quoque diverſitas juramentorum Fiſcalis & Advocati illius *d. p. 1. Conſt. Imp. 60. & 61. Roding ad ff. Cam. Lib. 4. tit. 4. add. Arnold. de Reyger. Theſaur. Jur. pag. 1604. n. 33.* repete huc, quæ *§. 1. buj. Cap.* annotavimus. Nos tamen differentiam in foro noſtro inter utrumque cum *Juſt. Oldek. Tit. 1. Obſ. Crim. IV.* agnoſcimus nullam,

quo

quo de integra noſtra Diſſertatio pluribus teſtatur, qua ratione autem Advocatus & Procurator Fiſci diſtet à Procuratore Cæſaris docet *Card. Tuſcb. Concl. Pract. 401. lit. F.*

## CAPUT V.

## EXHIBET CAUSAM FISCALIS SEU ADVOCATI FISCI EFFICIENTEM.

### TH. I.

FIscales publicâ authoritate conſtitui, ex Definitione conſtat. Hinc ſpontè ſequitur ad ſolum Principem, ſeu alium ſuperiorem, qui jura fiſci habet & in cujus territorio delinquens reperitur aut deliquit, Fiſcalium Conſtitutionem in Proceſſu Inquiſitorio & Accuſatorio ſpectare, huncque illorum cauſam exiſtere efficientem. Licet enim de jure Communi præter Imperatorem cœteri Domini terrarum & communitates Civitatum propriè Fiſcum non habeant, conſequenter etiam nec bona confiſcare; fiſcales conſtituere, nec alia fiſci privilegia exercere valeant *l. 10. ff. ad municip. l. 1. C. de bon. vac.* aliud tamen hodiè dicendum de iis, quibus ab Imperatore merum ac mixtum imperium, & talia jura Fiſcalia & Regalia conceſſa ſunt.

### TH. II.

Hinc primô intuitu ſe offert quæſtio, an Judex Inquirens Advocatum Fiſci conſtituere poſſit? quod affirmant multi, ſicut enim pium ac laudabile eſt reum delinquentem defendere *Dn. Struv. Ex. 7. th. 7. ibique citati Ddres, Fritſch. Tr. de Advoc. pecc. C. 24. ſeqq.* ita jus & æquitas exigit contra defenſionem monita vel notabilia Fiſci ut conficiantur, ne delicta maneant impunita, modò

Advocatus Fiſci officiò ſuô non abutatur, de cujus abuſu videri poteſt *Oldek. dict. Obſ. Crim. 4. tit. 3.* quod etiam in quibusdam Ordinationibus Provincialibus ſic diſpoſitum legitur *vid.* Goth. Lands-Ordn. *cit. loc.* Verum quicquid alii ſtatuant, ubi Fiscalis conſtitutio uſu nondum obtinet, ſvaſor eſſe nolim, ut introducatur, ex rationibus mox recitandis, cum judex ipſe in delicta inquirere, & ne abeant impunita, præcavere poſſit & ſoleat.

TH. III.

Sed de hoc adhuc ſub judice lis eſt, an conſtitutio Fiscalis in Proceſſu Inquiſitorio ita abſolutæ ſit neceſſitatis, ut ſalvô proceſſu omitti nequeat? Quamvis enim cuilibet Magiſtratui incumbat, ex officio in facinoroſos inquirere, & ut eò meliùs Inquiſitio formata procedat, fiscalem conſtituere poſſit, qui circumſtantias facti accuratè examinet, Inquiſiti reſponſionem ad articulos exactè attendat, Judici non modò ſed & Dominis Scabinis momenta cauſæ ſpecificè exponat & ſubminiſtret, præſertim cum non tantum *in Ord. Crim. art. 219. & paſſim, ut & Ord. Cam. p. 2. tit. 20.* conſtitutio Fiscalis contra Criminoſos fundata ſit, ſed & neceſſitas ipſa id efflagitare videatur, quo mediante Fiſcali, hujusque adhibitâ operâ, crimina inquirantur & puniantur, cum Reipubl. interſit, delicta puniri & provinciam malis hominibus purgari, *l. 13. ff. de Offic. Præſ.*

TH. IV.

Nobis tamen magis arridet ſententia diſtingventium inter proceſſum Inquiſitorium & accuſatoriũ; in hoc enim ſicut accuſatio aut ab offenſo, aut Magiſtratu ipſo per Fiscalem ſolet abſolvi, ita in illo judex ipſe vices accuſatoris aut Fiscalis

calis ſubire neceſſe habet. Et cùm in ditionibus noſtris Saxonicis, aliisque Regionibus non adeo diſſitis Proceſſus Inquiſitorius ita uſu obtinuerit, ut iſte non amplius ſicuti olim de Jure Romano Extraordinarium,ſed perinde ut accuſatio, remedium ſit ordinarium *Oldek. tit. 2. Caut. Cr. 3. n. 6. diſſ. de Lynck. Dec. Nov. DCI.* adeoque judicis conſcientioſi partes non tantum ſint, tàm pro inveſtigando crimine, quam pro defenſione Rei laborare. Hinc intrepidè affirmandum putamus in Proceſſu Inquiſitorio Fiſcalis conſtitutionem nec juris eſſe, nec neceſſitatis, aliàs enim proceſſus Inquiſitorius,qui tamen in ſe ſummariè & celeriter tractandus, confunderetur cum Accuſatorio,ac contra naturam ejus protraheretur,cum tamen uterque Proceſſus & in hoc ab invicem differant.

TH. V.

Ulteriùs non conveniunt Doctores,an in Inquiſitione generali contra rei defenſionem pro avertendâ Fiſcalis ſeu Advocatus Fiſci cum monitis ſuis ſit admittendus? Affirmantium cohors pro ſtabilienda ſua ſententia ſequentes adducit rationes, quòd ſecundum antea dicta,quemvis Magiſtratum ad inquirendum in delicta & indagandam criminis veritatem ſua ipſius conſcientia obliget,adeoque hunc in finem Fiſcalem, qui omnes circumſtantias ad unguem conquirat & exponat, licitè is conſtituere poſſit, qui eàdem facilitate contra defenſionem rei pro avertendâ, quam contra defenſionem principalem (wieder die Haupt-Defenſion) factâ reſponſione ad articulos, videatur admittendus.

TH. VI.

Verùm negantium rationes magis præponderant præſertim cum Fiſcalis conſtitutione in totó proceſſu Inquiſitorio

 rio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0035-5

822



rio non ſit opus, magisq; inquiſitionẽ protrahat, quàm promoveat, & judex inſuper ipſe Partes Fiſcalis ſupplere & indicia elicere, aut ſi accuſatum doli & fraudis plenum deprehendat, huic dicam ponere, & facti ſpeciem ejusq; veritatem ad amusſim ex actis eruere poſſit & teneatur, ita ut contra rei defenſionem pro avertenda nec Fiscalem audiendum, nec cum monitis ſuis admittendum jure meritoque ſtatuamus. *Dn. de Lynck, Dec. Nov. DCI. his verbis:* dieſem nach iſt nicht zubilligen/ wenn dergleichen ab initio beſtellet werden wil/ ehe der Inquiſit auf Articul geantwortet. Et ita Scabinatus Jenenſis in cauſa inculpati incendii reſpondit Joh. Mich. Trincksen Mense Junio 1699. cum tamen exinde nihilominus contra prædictum Reum, Trinckſen formata erat inquiſitio, pronunciarunt Domini Scabini Hallenſes Menſe Septembri ejusd. anni hunc in modum: Als uns derſelbe die wegen der jüngſthin zu Arnſtadt entſtandenen Feuers-Brunſt gehaltenen Regiſtraturen und Summariſche Zeugen Verhör/ ſamt dem was Hans Michael Trincks pro avertenda Inquiſitione eingebracht/ der Conſtituirte Fiscal darwieder vorgeſtellet/ und jener letztlich darauf geantwortet/ in denen hierbey zurück gehenden Actis zugefertiget und unſere rechtliche Meinung Ihme zueröffnen gebethen/ Demnach erken- wir Churfürſtl. Brandenburgiſ. des Herzogthum Magdeburg Schöppen zu Halle nach deren Verleß- und Erwegung vor Recht: daß in Ermangelung kräfftigerer Indicien wieder Hans Michael Trinckſen nichts vorzunehmen; iedoch iſt er die auf ſeine Defenſion ergangene Uncoſten/ wenn ſolche leidlich eingerichtet werden/ abzuſtatten gehalten. V. R. W.

TH. VII.

Sed ſi judex defenſionem pro avertenda quidem conce-

cedit perluſtrationem actorum autem denegat, quid tunc conſilii? A ſuperiore hujus conceſſionem mediante ſupplicationis vel Appellationis remediò impetrandam ſtatuimus, quam eò facilius impetrabit reus, cum haut infimi ſubſellii Ddres in unum conſpirent, quod in favorem Defenſionis & innocentiæ defenſionem Inquiſiti judex quocunque modò procurare debeat, & extra omnem dubitationis aleam juri & æquitati conſentaneum ſit, quod conceſſa defenſione pro avertenda, etiam concedendum ſit, ut perluſtrentur Acta Inquiſitionalia, quale præjudicium refert *Dn. Carpz. III. qv. 115. n. 101. ibi*: noch Inquiſiten des wieder ihn vorhandenen Verdachts und indicien, ſo fürnehmlich aus der Zeugen Auſſage herrühren und zu Ausführung ſeiner Defenſion ichtwas zuverweigern. So werden auch euch und euren Advocato, ſo wohl der Zeugen Nahmen und atteſtata, als die gantzen Inquiſitions-Acta durch zuſehen vorgeleget/ und ihr nachmals mit eurer Defenſion und Unſchuld nothdürfftig gehöret.

TH. VIII.

Dum hîc de defenſione pro avertenda diximus, ſciendum, eandem corruente Inquiſitione generali & ipſam corruere, ita, ut quandoque absque generali protinùs ad ſpecialem devenire liceat, puta ſi delinquens in flagranti & notorio crimine deprehendatur, aut per famam ſolidam aliaque indicia ſole meridiano clariora, ita gravatus ſit reus, aut de Crimine ejusque authore jam dùm plenè conſtet judici, ut nil niſi propria Inquiſiti confeſſio reſtet, quo caſu omnino neceſſaria eſt celeritas & diligentia judicis, ne Inquiſitus aufugiat, aut amicis ejus tantum temporis ſpatium relinquatur teſtes de negotio informatos ſubornandi & à veritatis tramite deterrendi, unde ne

quidem ad defenſionem pro avertenda inquiſitione admitti debet reus, ſed ut ad articulos reſpondeat, cogi denique ſub pœna confeſſi & convicti ſolet. *Volz. in Comm. ad l. 2. ff. ad L. Jul. de adult. de Lynck. Dec. 106. Carpz. p. 3. qu. 108. n. 68.*

TH. IX.

Quæ opinio & firmatur *ex l. 2. ff. de Jurisd.* ubi, cui jurisdictio data, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus illa expediri nequeat, ita ut ei, cui conceſſa defenſio, concedantur quoque defenſionis media, neceſſe ſit, cum absq; communicatione indiciorum iſthæc nec impugnare, nec contra perſonas & dicta teſtium quicquam allegare, multò minùs conceſſam defenſionem ritè perficere poſſit defenſor, impoſſibile enim eſt, ignota indicia elidere, maximè cum notitiam non niſi Acta dare poſſint; ideoque judex concedens defenſionem, & denegans perluſtrationem Actorum, dando datum negat & officium pii judicis defenſionem inculpati impediendo, lædit. *add. Dn. Petr. Müll. Prof. quond. Jen. in Disp. de non Omitt. in Proc. Inquis. Cap. 4. §. 19.*

TH. X.

Propterea ſicut Fisci Advocato in Proceſſu Inquiſitorio Inſpectio & perluſtratio Actorum judicialium ad eò meliùs tela ſua contra Inquiſitum conficienda quotiescunque pro lubitu poſcenti, nunquam denegatur, imò quod vix ac ne vix quidem approbandum, nec à Judice Legali ferendum, interdum integra Acta Originalia ad domum, quam diu Fiscalis velit, communicantur, ita ſummam omnino ſapere videtur iniquitatem, Inquiſito Inſpectionem denegare, cum, quod Actori conceditur, nec reo abnegandum *l. 41. ff. de R. J. Carpz. qv. 105. n. 20.* injure

enim

enim ſemper benignius agitur cum reo, quam actore *l. 4. & ult. C. de edend.*

TH. XI.

Interim tamen ſi paulo penitùs quæſtionem præcedentem perpendimus, res adeò ſcrupulo non caret; Licet enim Inquiſitus delictum jam dum confeſſus, toties quoties cum defenſione ſua ſit adhuc audiendus. *Carp. III. qv. Cr. 115. n. 30. ſeqq.* ita ut exinde tutò colligere liceat, nec ipſi inſpectionem actorum denegatum iri, qua ſine indicia nec ſcire nec elidere poteſt; judex tamen cautus bene ſecum deliberet, & diſtinctionem adhibeat, in quem finem petantur Acta Inquiſitionis; vel enim id tendit ad defenſionem reorum, vel ad declinationem judicii ſeu Inquiſitionis. Si enim defenſionem, ſeu innocentiæ deductionem reus intendit contra indicia delicti, ut ab inquiſitione abſolvatur ſeu liberetur, & aliàs ſit malæ notæ, prout *thes.* 7. eundem deſcripſimus, tunc ipſi nec defenſio pro avertenda (niſi extra acta probare velit, in eum id crimen, cujus ſe reum haberi compertus ſit, cadere, idque à ſe commiſſum eſſe, non potuiſſe) nec inſpectio actorum conceditur ante reſponſionem ad articulos, cum hæc ſit inſtar L. C. ante quam ad probationem, quo ſpectat actorum & indicorum editio, devenire non licet, *C. 2. & 3. X. ut lit. cont* aliás Inquiſitus Actis perluſtratis ſe contra Specialem Inquiſitionem parare, judicem in veritate indagandà remorari, teſtibus adhuc injuratis metum inferre, eosdem è medio tollere, ſeducere, alios ſubornare, & quovis modô ſubterfugia quærere poſſet. *vid. Dn. de Lynck. in Annal. ad Struv. S. J. C. lib. 48. thes. 18.* §. 100. *& Dec. Nov. DCVI.* quô caſu tamen ſemper delictum cum ſuis

qua-

qualitatibus reo generaliter eſt aperiendum, & à Judice ex Actis prælegendum, quod ſatis innuit Reſcriptum in cauſa H. D. H. infra *Cap. VI. thes. XII.* memoratum. Sin autem inculpatus velit demonſtrare inquiſitionem adverſus ſemet eſſe incongruam, ineptam, nullam aut injuſtam, atq; iſta ipſum proceſſum declinare aut oſtendere, non conſtare de corpore delicti, & non eas eſſe circumſtantias eave indicia, ut vir honeſtus inquiſitione gravari ſoleat; quandoquidem hæ allegationes ſunt inſtar exceptionum Dilatoriarum, ideò opponendæ antequam ad Inquiſitionales reſpondetur, ſi pro iſtis allegandis reus egeat actorum copià, utique non erit deneganda, modò per argumenta juſta, veroſimilia & congrua judici credibile reddat, ſe poſſe inquiſitionem evadere, prout elegantisſimè pro more ſuo docet & diſtingvit *Dav. Mev. p. VI. Dec. 253. & 291. Carpz. d. l. n. 23. &c.*

## *CAPUT VI.*
## CAUSAS SISTIT INTERNAS, MATERIALEM ET FORMALEM.

### TH. I.

CAuſam materialem in methodicê tractandis rebus juridicis, JCti dividere ſolent in Subjectivam & Objectivam, unò verbô in Subjectum & Objectum, ita ut illud itidem dividatur in Subjectum Activum & Paſſivum. Hinc cum JCti perſonas moraliter agentes, contrahentes, tranſigentes, litigantes &c. ad ſubjectum Activum referant, meritò illud in noſtro negotio abſolvit Fiſcalis, de cujus requiſitis vide ſis *Cap. III. thes. 2. 3. 4. & 5.* Paſſivum Inquiſitus. Omnium enim actionum forenſium ſub-

Subjectum Activum eſt Actor, Paſſivum reus. vid. Dn. Lauterbach paſſim, & *Dn. Schvvend. de action. in ſingg. Cap. D. Hartung in Metaph. Jurid. Cap. IX. §. 12. & 15.*

TH. II.

Objectum ſunt cauſæ fiſcales, circa quas officium advocati Fiſcalis ſe extendit, quæ, prout occaſio poſtulat vel ſunt Civiles, ex Contractu vero, vel Quaſi, aut delicto ad pœnam pecuniariam, vel Criminales, ad pœnam corporis afflictivam tendentes, oriundæ. *add. Cap. IV. th. 2. & 3.* ubi utroque caſu Proceſſus regulariter eſt ſummarius *vid. Rec. Imper. de Aô. 1654. §. 92.*

TH. III.

Formam ſiſtit legitima Fiſcalis conſtitutio, conveniens monitorum, ſeu Notabilium Fiſci allegatio, horumque neceſſaria à parte Inquiſiti refutatio, ac in cauſa concluſio, quam denique ſequitur Actorum Jrrotulatio & legitima ad Collegium non ſuſpectum transmiſſio. De quibus omnibus ordine.

TH. IV.

Fiſcalem in cauſis Fiſci Civilibus & Criminalibus inſtructum eſſe mandatô vel actoriô, aut ejus legitimationem mediante regiſtraturâ ſaltem ad acta conſcribi debere, extra dubium eſt, aliás ipſi ſemper obſtabit illegitimationis exceptio *Carpz. III. qv. 140. n. 57.* Formulas autem hujus conſtitutionis allegat *Author* der Anweiſung zum Inquiſition und Achts Proceß *p. m. 317. ſeqqu.* Atque ita oppoſita hâc illegitimationis exceptione Dn. Scab. Jenenſes Menſe majo 1698. & quidem hunc in modum pronunciarunt: Auf Klage/ Exception und ferneres Einbringen Con- und Subſtituirten Fiſcals/ Klägers an einem/ Curatorn der Fr. H. S. A. B. H. Beklagter an andern theil ꝛc.

 ſpre-

ſprechen wir vor Recht: daß vor allen Dingen Kläger ſeine Perſon andrergeſtalt und beſſer denn geſchehen/zu legitimiren ſchuldig. Rationes autem hujus ſententiæ ſic ſe habebant: Alldieweil aber dennoch in Sachen des Fisci, quia in dubio utitur jure privati, der Proceß Ordn. nachzugehen/ſo fern keine ausdrückliche Befreyung vorhanden/ und dergleichen/ was die Legitimation betrifft/in Rechten nicht zufinden ꝛc. So hat man zuforderſt wieder Klägern uf beſſere Legitimation erkant. Et cum hæc ita ſe habeant in Civilibus, quidni multò magis in Criminalibus?

TH. V.

An autem Fiscalis teneatur jurare de Calumnia, quæſtionis dubiæ eſt? Diximus Fiscum tantum privilegiatum eſſe in caſibus jure expresſis,in non expresſis juris communis diſpoſitionem locum habere, *per text. l. 10. C. de fisc. uſur.* hinc cum juramentũ Calumniæ à lege nusquam reperiatur remiſſum,ita ut in caſibus omisſis jure privatorum utatur, adeoque per conſequens juramentum iſtud præſtare debeat, per ea, quæ habet *Luc. de Penn. in l. 6. C. de jure Fisc. Gail. 1. O. 90. n. 3.* præprimis cum per Receſſ. Imp. Nov. §. überdiß ꝛc. omnes hoc præſtare obſtricti ſint, quicunque ſpecialiter non eximuntur. Verùm cum Fiscalem Majeſtas relevet mandantis, & non videatur calumniari, qui juſſui Magiſtratus obtemperat, cum parere neceſſe habeat, ita ut officii necesſitas eundem excuſet, & qualitas perſonæ omnem calumniæ præſumtionem excludat, merito à præſtatione hujus juramenti ipſum immunem moribus hodiernis judicamus cum *Gail. cit. loc. Blum. Proc. Cam. tit. 72. n. 18. Rhoding. in Pand. Cam. lib. 3. tit. 30. n. 101. Myns. Cent. 1. Obs. 74.*

TH. VI.

TH. VI.

Vlteriùs controvertitur, an etiam Advocati ſeu Procuratores Fisci Crimen prævaricationis incurrant? Affirmat *Wern. Theod. Martini, quondam Prof. Witteb. in Jurisp. Crim. p. 747. n.* 11. ſi ſcil. non accuſent debitô modô, vel reticeant crimina, vel colludant cum deliquentibus, *per l.* 3. C. *de Advoc. fisc.* generaliter enim omnes, qui non bonâ fide, integritate, ſtudiô cauſam defendunt, ſed eam produnt adverſariô dolô malô, hoc Crimen incurrunt. P.H.O. *art. 115.* So ein Procurator Fürſetzlicher geſährlicher Weiſe ꝛc. *Blumbl. ad. d. art. Habn. ad Weſ. ff. de prævar. num. 2.*

TH. VII.

Non conveniunt quoque Doctores, an fiſcalis indebitè & calumnioſè aliquem vexans in expenſas condemnari posſit? Ubi diſtingvimus, aut enim Procurator fiscalis eſt in vera calumnia, ita ut concurrat dolus, fraus & concusſio, quo judicem ad inquirendum inſtigaverit, utique tenetur de expenſis, damnis & intereſſe, ut & pœnâ *l. 9. C. ubi cauſ. fiſc.* adde quæ *Cap. 2. theſ. fin.* annotavimus, quo cum fermè convenit *Ord. Cam. tit. 16.* §. *1.* ubi fiscalis Cameræ duorum ex numero Aſſeſſorum ſibi adjunctorum arbitrio parebit, nec ſine ipſorum aſſenſu proceſſum fiscalem inchoare ſibi ullatenus perſvaſum habeat, ſecus faciens in expenſas ex proprio condemnabitur. *Rhoding. ad ff. Cam. lib. 1. tit. 8.* §. 47. quod maximè locum habet in expenſis retardati Proceſſus, quas ſicut privatus quisque in quolibet articulo proceſſum retardante ſuccumbens victori reficere debet, ita & fiscus. *Klock.* Conſ. *81. Vol. 2. num. 10. usque 16.* Sin verò in præſumta, tunc ab expenſis liberarur, cum officij neceſſitas excuſet à calumnia præſumta, videlate *Farinac. 1. Crim. qu. 16. n. 20. ſeqq. de Lynck. Deciſ. 228.*

TH.

TH. IIX.

Ordinis ratio nunc poſtulat,ut monita fiſci ſeu notas fiſcales contra inquiſiti defenſionem confici ſolitas perpendamus, ubi quæri ſolet, an Advocatus fiſci jura in nimia prolixitate, ut hodiè communiter fieri notum eſt, allegare poſſit? Negativam tuemur; ſicut enim jus probatione non indiget, ſed judici notum eſſe debet. *Struv. Exerc.28.th.8.* unde Regem Daniæ, Chriſtianum IV. ad Advocatum loquacem dixiſſe ferunt: tu,narra factum, curia novit leges. *Mart.in Ord.Proc.El.Sax.tit.3.§.1.num.71.* Ita fiſcalis ea ſaltem monere debet, quæ in facto, quod prudentisſimos fallere poteſt,& collegia juridica divinare nequeunt, conſiſtunt; æque enim ridiculum eſt & inconveniens,farragi nem allegatorum colligere,& judicem ex jure informare velle, quid de lite Criminali judicandum ſit, ac ſi ægrotus Medico curam præſcribere velit ex Galeno vel Hippocrate. *Carpz.III.qu.115.n.95.& 96.*

TH. IX.

Monita fiſci ſequitur inquiſiti refutatio. Hanc enim neceſſariam eſſe & reo ſemper competere ultimum receſſum dictitat *Ord.Cam.part.3.* C 15.*& ſeq.* & ita optimè ſentit *Dn.Petr. Müller in Diſp.antea allegata Cap.ult.* §.4. dum ita ſcribit: Acta inquiſitionalia receſſus primi, defenſionem autem Inquiſiti exceptionis locô, indeque neceſſariò inferendum eſſe, refutationem defenſionis nil niſi replicam inferre, quâ conceſsâ neceſſariò duplicam Inquiſiti, utpote quæ pars defenſionis & replicæ refutatio eſt, concedenda,cum æqualitas in judicijs ſervanda, & quod actori licet, reo nunquam ſit denegandum. *vid.eleg. Cruſ. in Pr.Crim.part 4.*C.35. Hinc cũ non ita pridem judex non communicatis reo monitis ſeu notis, propriâ manu ab ipſo

ad

ad acta conſcriptis, transmiſſionem actorum clàm ſuſceperat, & dein reus publicata ſententia leuterationem interponendo exceptionem ſuſpecti judicis ob id ſimul oppoſuerat, pronunciarunt Scabini Jenenſes Menſe Novembr. 1700. hunc in modum: Auf die wieder Andres Jägern ergangene Acta, ſo uns anderweit zugeſchickt/und darüber unſere Rechsbelehrung gebethen worden / ſprechen wir vor recht: Daß die von Jägern eingewandte Leuterung nicht zuläßig; Dafern Er aber noch eine Defenſion zuführen verlanget / wird ihme zu derer Einbringung eine Monatliche Friſt verſtattet / und mag er denſelben als ſuſpectum judicem nicht recuſiren/wenn Er aber in ſeiner letztern Defenſion etwas anführen möchte/dabey einige Erinnerungen nöthig gehalten würden / ſind ihm ſelbige vor Verſchickung der Acten zu Beobachtung ſeiner Nothdurfft zu communiciren/V.R.W. Idem præcipit Mühlhäuſiſche *Proceß*-Ordn. *Tit 9 pag. 86. bis verbis*: So ſtellen wir demſelben frey / ob Er durch eine ad Protocollum zuſetzende Regiſtratur, oder aber die Defenſion-Schrifft per Fiſcalem refutiren laſſen wolle / doch ſoll hierbey Chriſtlich und Gewiſſenhafft (ſed hoc hodiè eſt contingens raró) verfahren/und erwehnte Regiſtratur oder Refutation dem Inquiſito zu ſeiner ſchließlichen Nothdurfft communiciret werden.

TH. X.

De Irrotulatione & transmiſſione Actorum in hoc Inquiſitionis Proceſſu varij variè ſentiunt. *Carpzovius* quidem in Peinl. *Inquiſit.* und Achts-*Proceß Art. 2. tit. 9.* in ea eſt opinione, quaſi ad actum hunc non requiratur Inquiſiti aut Defenſoris ejus citatio, verùm rationes, quas ibi adducit, non adeò firmô ſtant talô. Contrarium potiùs & rectiùs defendit *Juſtus Oldekop Decad. 1. qu. 7. & Obſ. Crim.*

*tit.1. Obſ.8.* ſtatuens, pro forma eſſentiali requiri talem citationem, & hâc intermiſsâ ſententiam latam ipsô jure eſſe nullam. *add. Brunnem. Dec. 91. Cent: 3. Schrad. tr. feud. p. 10. Sect. 14. num. 42.* imò Acta in præſentia partium, non tantum judicis, ſed etiam partium ſigillis obſignari vult *Henning. Rennem. de transm. act. c. 3. num. 6.* & hoc eò fine, ut videat reus omnia dextrè geri, nihilque in ejus præjudicium epiſtolis conſultatorijs [der Urthels-Frage] inſeri, quâ ratione etiam copia literarum ad perlegendum eſt danda, vel tenor prælegendus, aut quod tutiùs, originale ſibi monſtrari curet reus. *Oldekop. d. Obſ. 8. & Dec. 1. qu. 9.*

TH. XI.

Circa transmiſsionem actorum porrò notari meretur exceſſus haut exiguus, ubi perversô hôc ſeculô judices malevoli, prout exempla ſunt in promtu, haud rarò extra acta literas ſuppoſititias [vulgò Neben-Brieffe] unà ad Collegium transmittere & reum inde magis gravare, & duriorem ſententiam contra eundem elicere ſatagunt, quas tamen literas extra Acta ſcriptas Scabini rariſsimè aut nunquam reſpiciunt, ſed ſuper actis & actitatis conſulunt & ſententiam concipiunt, imò interdum, qui caſus in terminis contigit, iſtas actis inſerunt & retromittunt, ad indicandum, animum eorum à tramite recti per ejusmodi fallaces perſvaſiones nunquam iri declinatum; hinc conſcientiæ meliùs coſulunt, & in extremo illo die coram judice omnium ſuperiore intrepidè conſiſtere poſſunt judices illi, de quibus hoc paſſu verè dicitur:

Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ.

Quod & vult *Dn. Brunnem in tractatu*, quem vocat: Anleitung zu vorſichtiger Anſtellung des *Inquiſition-Proceßes Cap. 9. §. 3.* dum ita ſcribit. Der Gerichts-Schreiber muß

ſich

ſich auch alles ungleichen Berichts wieder den Inquiſiten enthalten/und ihn nicht in den Neben-Schreiben graviren / da in denen Acten ſolches nicht enthalten ꝛc. idem judicium fert Jac. Döpler im Schau-Platz derer Leibes-und Lebens-Straffen Cap. 2. §. 108. verba ſic ſe habent: Die Urthels-Frage ſoll unpartheyiſch ſeyn / ſo / daß der Judex nichts drein miſche/oder Umbſtände anführe / ſo in Actis nicht befindlich/noch auch einen Neben-Brieff mitſchicke/ꝛc.

TH. XII.

Acta ita obſignata & clauſa ad Collegium, ubi inquiſito ſalva ſemper manet facultas contra unum vel alterum ſuſpectum, nullâ licet causâ recuſationis recitatâ, excipiendi; *Rennem. dict. Tr. Cap. 6. §. 12. Zigler. in introd. ad Proc. Cap. 13. §. 6.* tranſmittuntur, & ijsdem reverſis reo ad reſignationem, & utrum ſigilla ſint illæſa citatô, ſententia publicatur, quæ ſi definitiva & pœnam certam determinat, totam, ſi verò interlocutoria, & territionem, aut hunc vel illum ſaltem torturæ gradum reo dictitat, ſaltem ad hæc usque verba: Als iſt Er dem Scharffrichter ꝛc. publicandam praxis docet, aliàs enim ſi judex poſteriori caſu contrarium ſtatuat, idem ipſi eveniet, quod Præfecto cuidam imperito contigiſſe dicitur, cui inquiſitus, poſtquam totam ſententiam, in qua nuda decreta erat territio, â capite ad calcem usque publicaverat, reſpondit: Ich bedancke mich Herr Ambt-Schöſſer vor die Publication des Urthels / ich will mich ſchon darnach richten / ſed nequam iſte utique erat unus ex illis.

TH. XIII.

Sed ſi ſententiam ritè publicatam Inquiſitus per appellationis remedium à viribus judicati ſuſpendere velit; anne audiendus? Affirmativa de Jure Civili

822



vili obtinet, ubi in Criminalibus indifferenter licet appellare *l. 8. ff. de app. l. 12. 14. 30. C. eod.* Sed de conſvetudine Germaniæ & moribus Saxonicis unô ore id negant interpretes Saxonici, in Proceſſu Inquiſitorio locô appellationis Defenſionem concedentes. *Carpz. III. qu. 139. n. 24. ſeqq. & in Proc. tit. 17. art. 4. §. 4. Not. 1.* Affirmativam tamen & hôc caſu & juri ſcripto & æquitati naturali putamus conveniorem, ex rationibus, quas longô agmine adducit *Oldekop. Tr. de Appellat. in Crim.* præſertim cum in Proceſſu Inquiſitorio majus verſetur præjudicium inquiſiti, quam in Civili, ubi appellationes totâ die admittuntur, licet enim vel centies concedatur Inquiſito defenſio, cauſa tamen ſemper manet ſub eodem judice gravante, proindeque porro præſumtivè gravaturo. *Gail. 1. Obſ. 127. num. 7. Carpzov. Proc. tit. 17. art. 6. n. 45.* Imo Carpzovius ipſe appellationes in Proceſſu Inquiſitionis, ubi de levi agitur crimine, quod pœnâ corporis afflictiva non coercetur, ut & in Proceſſu Criminali Ordinario admittit, *dict. qu. n. 31. &* 1. *19. 28.* quidni & in Inquiſitoriô? Optimè huc facit Reſcriptum Serenisſimi Saxo-Vinarienſis *ſub dato* den 11. Septembr. 1700. hujus tenoris: P. P. Wir haben verleſen hören/ was maßen an uns Daniel Hoffmann zu Arnſtadt in Inquiſitions-Sachen appellando ſich gewendet/ ermeldte Räthe aber in denen Gedancken ſtehen/ daß dergleichen Remedium Devolutivum nur in Bürgelichen Parthey-Sachen/ nicht aber in gerügten Begünſtigungen und da Inquiſition angeſtellet/ ſtatt finde/ und dahero ümb Beſtraffung ſo wohl des Appellantens als deſſen Advocatens gehorſamſte Nachſuchung gethan; Wiewohl nun die Remedia Suſpenſiva und Devolutiva nur in Inquiſitionibus, da pœna corporis afflictiva uf das gerügte Delictum geſetzet/ unzuläßig ſeyn/ Selbige aber

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693845-p0048-7

aber hier nicht erkennet werden wird/und einfolglich die Appellation, ſo bald ſelbe eingewendet worden/entweder angenommen/oder locô Apoſtolorum refutatoriorum unterthänigſter Bericht zu fererer Verordnung erſtattet werden können; So tragen wir doch ſothaner Appellation zu deferiren aus andern hierzu bewegenden Urſachen Bedencken/ und begehren demnach ꝛc.ꝛc. D.H.G. wolle bey ſeiner Cantzeley Verfügung thun/daß Appellant deſſen alſo bedeutet/ jedoch ihme das Delictum, weſſen Er beſchuldiget worden/generaliter eröffnet werde ꝛc.ꝛc. hæc verba ultima reſpiciunt ad ea, quæ *cap. V. th. 2.* notavimus.

TH. XIV.

An autem Fiſcalis in cauſa Criminali in integrum reſtituatur & appellare poſſit à ſententia', quæ reum abſolvit, aut leviorem, quam par eſt ipſi pœnam dictitavit, magis vexata eſt quæſtio, ſunt, qui id negant, *author. l. 37. ff. de minor.* cui conſentit *Fachin. Lib. 9. cap. 81.* idque generali conſvetudine receptum teſtatur *Farinac. qu. 101. num. 32.* Sed affirmativam, ſecundum quam ſæpius judicatum refert *Anthon. Theſſaur. lib. 1. qu. for* 59. & hunc referens *Perez ad C. de Sent. adv. fiſc. lat. retr. num. 8. in fine* in puncto juris putat veriorem *Brunnem. ad l. unic. C. d. t. num. 8. ſeqq. l. 9 ff. de appell. add. Diſp. Dn. de Lyncker de Abſolutoria §. 48. in fin.* quam opinionem & fovere videntur Scabini Jenenſes, dum ad informationem H. D. Hoffmans *Menſe Junio* 1697. ita reſcripſerunt: Als ihr uns nebſt Überſendung einiger Beylagen/berichtet/welchergeſtalt wegen ausgeſtoßener unfertiger Reden wieder euch inquiriret / darauf die Acta zum Spruch Rechtens verſchicket / ihr aber durch das eingeholte Urthel abſolviret / und nur zu Erſtattung der Uncoſten vertheilet worden/worwieder der Fiscal,



der

der doch vor Verſchickung der Acten monita fisci weitläufftig verfertiget/bey Hoch-Gräfl. Regierung Leuterung eingewendet/welche auch in quantum de jure angenommen/ und von der hierzu verordneten Commiſſion citation zur proſecution ausgefertiget / von euch aber/dieweil ihr des Fiscals intention wiederrechtlich zu ſeyn erachtet / bey Hoch-Gräfl. Regierung rejection interpoſitæ leuterationis gebethen / und eventualiter an das Fürſtl. Sächſiſche geſamte Hoff-Gerichte zu Jena appelliret worden / worauff die Rejection nicht/ ſondern eine Reſolution die Apoſtolos abzulöſen erfolget / wann ihr dann euch des Rechten zuberichten verlanget/ob nemlich in der Appellation die von dem Fiscal interponirte Leuterung zu rejiciren / und derſelbe in die euch verurſachte Uncoſten mit Recht zu condemniren ſey/ demnach ſprechen wir vor Recht : Ob wohl ſonſt in Proceſſu Inquiſitorio die Leuterung nicht ſtatt findet / Carpzov. 1 19 25. Dieweil aber nicht nur denen Inquiſiten an ſtatt der Leuterung die andere und dritte Defenſion zugelaſſen idem pr Cr. qu. 139. num. 37. Sondern auch das Verboth der Leuterung einen tertium, welcher bey der Inquiſitions-Sache ein Intereſſe hat/nicht angehet / bevorab aber und ümb ſo vielmehr ein Fiscal, wenn Er etwas erhebliches wieder das eingelauffene Urthel angemercket / fernere monita fisci an ſtatt oder auch vermittelſt einer Leuterung wohl übergeben/und darauf anderweit Rechtliches Erkentnis ſuchen mag/allermaßen Er an Seiten der Obrigkeit die Nothdurfft beybringet/und dieſe/ ſonderlich aber ein Judex Superior, nach Befindung der Umbſtände / dem erſten Urthel Anſtand geben/und die Acta anderweit zum rechtlichen Erkäntnis verſchicken kann/ zumahlen da die Leuterungen und Appellationes in Inquiſitions-Proceſſen zu dem Ende

ver-

